Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



115

nonquidem ipso ordine sequi eorum recordationis suae
quis rerum ipsarum hic ordinem tenet non apparet. XXXIII.
Sequitur matheus et dicit. Tunc coepit increpare ciuitates;
in quibus factae sunt plurimae uirtutes eius. quia non egissent pae
nitentiam et celerrime usque ad illud ubiam. Terra sodomorum
remissius erit in die iudicii quam tibi. et iam hoc commemorat
lucas continuato cuidam sermoni dni et iam haec et ipse iuxta
coniungens. Unde magis uidetur ipse hoc ordine illa comme
morare quo a dno dicta sunt. Matheus autem suae recorda
tionis ordinem tenuisse aut illud quidem matheus. Ait.
Tunc coepit increpare ciuitates; sic accipiendum putatur ut punctu
ipsum temporis uoluisse credatur exprimere in eo quod est tunc
non autem ipsum tempus aliquando latius quod haec multa gere
bantur et dicebantur. quisquis hoc credit credat. et iam hoc esse
bis dictum. Cum enim et apud unum euangelistam inueniatur.
quaedam quae bis dixerit dns. sicut apud eundem lucam de nonul
lenda pecunia sua et similiter et eteris duobus locis dictum a dno in
uenitur. Quod mirum si et aliquid aliud bis dictum singillatim
a singulis dicitur eodem ordinem quo dictum. e. et ideo diuersis
ordo apparet in singulis quia et tunc quando et ille. et tunc. quan
do iste commemorat dictum est. XXXIIII.
Sequitur matheus. In illo tempore respondens ihs dixit. Confi
teor tibi pater dne caeli et terrae quia abscondisti haec a sapi
entibus et prudentibus et celerrime usque ad illud ubiam. Iugum
enim meum suaue est et onus meum leue. huius loci et lucas me
minit. sed et paulo non dicit enim ipse. Uenite ad me omnes
qui laboratis. et alia quae sequuntur. semel autem hoc dictum
a dno sed lucam non tacitum quod dictum est commemorasse credi
bile est. Matheus enim dicit. In illo tempore respondens
ihs dixit postea quam increpuit ciuitatibus lucas autem post illa
increpationem ciuitatum. interponit quaedam non tamen mul
ta atque hoc tacite iungit in ipsa hora exultauit in spiritu et dixit.